Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">


Virtus & eius diffinitio.

Virtus est iram cohibere, cupiditatem compescere libidinem refrenare / deest H. uitium fugere. Nam fere omnia que fiunt iniuste atq; improbe ab his oriuntur affectibus. Si H. cōmotionis eius huius que inducitur impetus retundatur. Omnes ōm contemptiones / male sapientur. nemo inuidebitur. nemo prosiliet ad nocendum. / Item si cupiditas temperetur. nemo terrasq; marisq; gratiabitur. nemo exercitum ducet. ut rapiat & uastet aliena. / Item si ardor libidinū comprimatur. omnis eius & seruus retinebit sanctitatem. Nemo quicq; pudendum aut petetur aut faciet. Ergo cum uitia sedera & flagitia his commotionibus uirtute sedatis ex hominū uita moribusq; tollentur. Que sedatio commotionum & affectuū hanc habent rationem: ut omnia recta faciamus. Omne igitur uirtutis officium est non peccare. quo profecto fungi non pōt. qui deum nesciat. Quem ignorato cuius a quo bona oriuntur. imprudentem impingat in uitia necesse est. Itaq; ut breuius & significantius utriusq; rei summa ostenta detur. / Scientia est deum nosse. Virtus colere. In illo sapientia in hoc iustitia continetur.

VI.

Solui quod erat primū sciam bonum non esse uirtutem. Deinde quid sit uirtus. & in quo sit. Sequitur ut id quoq; ipm quid sit bonum & malum nesciisse paucis breuiter ostendam. Quae pene declaratum est in libro tertio. cum de summo bono disputaret. Quia quid esset summū bonum nescierunt. & in ceteris bonis malis uerque summa non sunt. errauerint. necesse est. Qui non pōt uero iudicio examinare. qui fontem ipm non tenent. unde illa descendunt. Fons autem bonorum est deus. Malorum uero ille. s. diuum nouissimus eius. de quo supe diximus. Ab his duobus principiis bona malaq; oriuntur. quae ueniunt a deo. hanc habent rationem. ut immortalitate parent. quod est summum bonū. Que autem ab illo altero id habent officium. ut a celestibus auocatum terrenisq; demersum ad penam interficiant sempiternam. quod est summum malum. Num igitur dubium est. qui illi omnis quid esset bonū & malum ignouuerint. qui nec deum. nec a diuinum dei scierint. Itaq; finem bonorum ad corpus & ad hanc uitam breuem retulerit. quam. s. solui & occidere necesse est. Non sunt progressi ulterius. Sed omnia eorum precepta & omnia bona que inducunt terre inhaerent & humi repent. Quoniam simul cum corpore. quod est terra moriuntur. Seruient H. non ad uitam hominis compendiam. sed ad grendas uel augendas opes. honores. gloriam. que sunt omnia mortalia tam. s. qui ille qui ut ea sibi contingerent. laborauit. Hinc est illud uirtus querende finem rei esse

Sūmū bonum

Summū malum